



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CCXXVI. Die Aebte von Zinna, Himmelpforte und Chorin constatiren vor den Commissarien des Ordenscapitels die Vergehen, deren sich der Abt Arnold in seiner Verwaltung der Abtei zu Lehnin schuldig ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Abt und Richter, billich hätte er das by seiner zit gerichtet. Veberdem allem begehren wir, das ihr den genanten herrn Arnolt anholden vnd vnderwifen wolt, das er den vnfern darumb Genüge thue nach Gefetze Eures Ordens und forder ihm keine Commissio beuolen werde vber Lenin, auf das kein Zwytracht oder Unwille daraus hinfürder kommen dorfe. Daran thut ihr uns wohl zu Dancke. Mit vnfern aufgedruckten Infigel verfigelt und geben Cöln an der Spree, am Sontage Judica Anno Domini MCCCCLXIX.

Aus Schönmann's Abschrift.

CCXXVI. Die Aebte von Zinna, Himmelfort und Chorin constatiren vor den Commissarien des Ordenscapitels die Vergehen, deren sich der Abt Arnold in seiner Verwaltung der Abtei zu Lehnin schuldig gemacht hat, am 22. März 1469.

Coram vobis venerabilibus in cristo patribus et dominis, domino Petro sacre theologie professori, Abbati monasterii de fonte salutis, et domino Rychwino, Abbati in Eberbaco, Cisterciensis ordinis commissariis — capituli generalis — Nos fratres Mathias in Czenna, Johannes in Celiporta et Zacharias in Chorin monasteriorum abbates — recognoscimus quod ad petitionem — domini Galli abbatis, necnon — conuentus monasterii in Lenyn, inspeximus quandam partem nemoris dicti Borsebruck, — in quo nemore — Arnoldus, Abbas Monasterii veteris montis, sacre theologie professor, quodam abbas memorati monasterii de Lenyn, consensit Consulibus noue ciuitatis Brandenburg sine consensu conuentus, ut ipsi villani de prutzke fruereutur cum pecoribus suis pascuis in predicto nemore usque ad festum — walburgis. Eciam ordinauit eisdem consulibus annis singulis XII talenta census, que talenta villani de Prutzke dabant monasterio de Lenyn. Insuper promisit eisdem consulibus proprietatem agrorum prope sepeditam siluam Borsebruck, de quibus agris dabant ista XII talenta census. Sed quia villani de prutzke ista gracia abutuntur, utentes pascuis in dicta silua non solum usque ad festum walburgis sed per totum annum, vnde Monasterio de Lenyn diuersa dampna et incommoda inferuntur, vnde necessitate compulli predictam siluam modo exigui valoris existentem memoratus venerabilis pater et dominus Gallus cum suo conuentu predictam partem nemoris nituntur permittere liberam consulibus noue ciuitatis Brandenburg isto modo, quod iidem consules iure feudali habebant ista bona, pro quo consules predicti dimittent monasterio annis singulis vnā sexagenam nouam monete Brandenburgensis, quam abbas predictus et suus conuentus secundum dispositionem reuerendi patris et domini Arnoldi, quondam in Lenyn abbatis, dabant de domo sua in Brandenburg. Ista inspeximus et de silua sic, ut premittuntur, vera comperimus, relatu plurimorum veridicorum hoc asserente, et presentibus recognoscimus, istum contractum iustum rationi consonum et predicto Monasterio proficuum fore et iudeo affectuose — supplicamus, ut huic contractui — auctoritate generalis capituli benignum prebeat assensum —. Insuper protestamur, quod coram nobis constitutus prior cum saniori parte conuentus dicti monasterii Lenyn representante proposuerunt, quod egregius doctor et dominus Arnoldus Abbas vendidit quedam bona dicti monasterii in opido Louborg pro septingentis et viginti florenis et non secundum valorem ipsorum et postquam huiusmodi contractum fecerat, conuocauit conuentum et tenuit in manu quandam litteram super huiusmodi con-

tractu confectam, qua perlecta fratres conuentuales minus contenti sigillum conuentus apponere noluerunt. Die altera reuerendus pater et dominus Arnoldus Abbas capitulum ingressus mandauit istis, qui habuerunt sigillum conuentus sub custodia, ut talismodi contractum sigillo conuentus munirent, qui licet inuiti tamen propter obedientie bonum cuidam fratri sigillum conuentus tradiderunt, qui sepe dictum contractum sigillauit. Pro quibus bonis iam actu Abbas Lenynensis de consensu sui Conuentus promisit dare mille et quadringentos florenos Reynenses valido Johanni de Barboy, cui dictus reuerendus pater et dominus Arnoldus Abbas prescripta bona vendidit, in quibus tamen non uult contentari, sed postulat duo milia florenorum Reynensium preter centum. Item condonauit episcopo Brandenburgenfi quinquaginta florenos reynenses et annuatim XV solidos denariorum et totidem pullos, quos dabant incole de Ketezin de pascuis monasterii. Item condonauit cuidam valido, dicto Frederik brand, octoginta sexagenas, quas tenebatur de molendino Gomenik. Item oblata nobis quedam carta fuit, quam ipsi Abbas et Conuentus de Lenyn libellum infamie per eximium doctorem Arnoldum, Abbatem veterismontis, confectum contra quosdam de Lenyn asseruerunt, quam tamen videre et legere renuimus, quem Cellarius dicti Monasterii oblaturum coram uobis spondit. Venerabiles patres, ad instantem petitionem venerabilis coabbatis nostri et conuentus sepefati Monasterii de Lenyn nos ibidem personaliter constituti uidisse et recepisse recognoscimus, que et vera esse et ita se habere omnes constanter affirmant et presentibus nostris litteris protestamur, humiliter supplicantes uestris dominacionibus, quatenus per sagacem uestram industriam promouere uelit, ut causa pacifice et amicabiliter sine strepitu discuti et terminari possit. Nam ipse frater Bartholomeus cellarius, procurator et syndicus dicti monasterii de Lenyn, offert se et offerre debet pronum et obedienciam ad recipiendum, dandum et faciendum, quod amicicie vel iuris est ad omnem uestram voluntatem. Actum et datum in memorato monasterio de Lenyn, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, XXII die mensis marci. In quorum fidem et testimonium presens scriptum per appensionem sigillorum nostrorum abbacialium fecimus communiri. Postremo supplicarunt abbas et conuentus monasterii de Lenyn domino Veterismontensi super eorum monasterio nullam fieri commissionem, cum parati sunt omnibus nostri ordinis patribus domino Veterismontensi dempto in singulis obedire.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

CCXXVII. Die Stadt Magdeburg entleibt von dem Kloster Lhenyn über die früher empfangenen 300 Mark noch 400 Rh. Gulden, am 25. Mai 1469.

Wy Radmanne vnd Innigelmeistere der Oldenn Stadt Meydeborch, Bekennen apenbar vor vns vnd alle vnse nakomelinge in vnd met dessen bryue vor allen, dy en syhen edder horen lesen, dat vns dy Erwirdigen, werdigen vnd andechtigen herren, herrn Gallus Abbet, Prior vnd gantze Capittel vnd Sampnunge des Closters thu Lhenyn, des Ordens Cisterciensis, bouen vande vppe dy dryhundert sine marck suluers houedgeldes, alle sy vns reyde na lude vnser yster vorschryunge gedan, noch vierhundert gude rinsche gulden vornugt vnd geantwordet, die wie vort in vnser Stadt nutte vnd fromen, nemelicken an den wederkop twehundert vnd eyn vndtwintich